

A

1

9

3

8

!

x

viii

iii

II  
E Libris Adami  
mi Platij Anno  
1692 die  
Julij

Regi nyontatványok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

Regi Nyomtatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.1/


Donat<sup>+</sup> bibliothecae  
Privilegii Caroli  
Primi Georgii Ant.  
nisi Ondrej<sup>z</sup> (u)  
da rem opera facultati  
Poeticae sub Rudo  
Patre Luca a f. m.  
Maria. t.º 1693.  
Sic 15.º ubi  
abiterent.

TRACTATUS  
CHRISTIANAE  
BIBLIOTHECAE SIVE THECAE  
Perfectum ex tempore di-  
cendi compendium.



Cum Licentia Superiorum.  
TYRNAVIÆ,  
Typis Academicis, Per Joannem  
Adamum Friedl Anno 1691.

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/



AMICE LECTOR.

UT hic ~~Carpe~~ Tractatus publice utilita-  
tis heret, instantes multorum preces,  
& communis in omnes amor scilicet. Illi-  
dem ergo in nuce tibi porrigo, opus breve,  
numeris tamen omnibus absolutissimum ex  
tempore dicendi compendium. Habebunt  
ex hoc non tantum Humaniorum literarum  
studiosi, quod suis commodis, suaeque glo-  
riae studeant, sed & omnes ijs, qui sublimia  
suggesta vel actu sciant, vel secuturis tem-  
poribus conscendant. Tu ergo amice Lector,  
optimam hanc intensionem, meam autem  
hoc (quod leges opus) promoventis, aequi  
bonique consule. Censorium ne admoveas  
digitum precor; non enim rem meam, sed  
alienam tibi offero, cuius Authorem & me,  
& te, Amice Lector, perfectum in arte Magi-  
strum venerari par est: quod si tamen etiam  
te majores critico perstringere ungue non e-  
rubescas; conveniens tibi antiquissimum il-  
lud proverbium repono: facilius est res ali-  
enas carpere, quam opus simile, aut praestan-  
tius conficere. Quare ne ex opere isto tot  
melleis fructibus referto tibi venenum fugas;  
Apis esto non araneus, Fruere, & vale.

Tra.

BE. 2094

9041/57

MSF 5933

11. VI. 190

( 3 )



Tractatus de Chria.

Caput primum.

De Chria ejusque Partibus in  
communi.

DEFINITIO.



Chria est commemora-  
tio brevis alicujus per-  
sonae dictum, vel factum,  
vel utrumque simul referens. Di-  
cta est Chria quasi utilis, etymolo-  
gia deducta à graeco verbo, χρεία  
utor: unde Chria idem est ac ulus  
familiaris sermonis, utilis ad in-  
formandos mores, & ex tempore  
dicendum.

Nota stylus Chriae est familiari-  
or quam orationis.

A 2

Di.

Regi nyomatványok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

DIVISIO.

**D**ividitur primo Chria tripliciter, in verbalem, activam, & mixtam.

*Verbalis est;* quâ dictum aliquod, aut sententia alicujus Authoris tractatur.

*Activa:* in qua factum aliquod, aut præclara alicujus actio confirmatur ad erudiendos inde mores.

*Mixta:* quæ ex utrisque dicto scilicet, & facto consurgit.

*Verbalis exemplum sit:* Seneca dixit; Nihil est tam acerbum, ex quo magnus animus solatium capere non possit.

*Activa:* Tarquinius interrogatus à filio, quid agendum, ut quietam obtineret Rempublicam, de-

demessuit colla papaverum, significans, tollendos esse de medio potentiores, ut securè dominatum obtineat.

*Mixta:* Crates philosophus divitias projecit in mare cum dicto: mergantur potiùs quàm mergant.

*Dividitur 2do.* aliter Chria tripliciter, sicut oratio, in Exornativam, Deliberativam, & Judicialem.

*Exornativa* dici potest, in qua dictum aliquod factumque laudatur aut vituperatur.

*Deliberativa,* in qua ex dicto aut facto expressa virtus imitanda svadetur, aut contra vitium fugiendum.

*Judicialis,* in qua dictum vel factum

A 3

Regi nyomtatványok, Matrica Slov. Martin:  
/316.ig.1/

( 6 )

ctum alicujus accusatur, vel defenditur.

Habet partes octo: Exordium, Expositionem, sive Propositionem, Causam, Contrarium, Similitudinem, seu Parabolam, Exemplum, Testimonium, Conclusionem.

Quæ tamen partes non sunt ita omnes necessariae, ut paucioribus constare non possit Chria.

*Caput secundum.*

*De Exordio Chriae.*

**E**Xordium est lenis quidam ingressus ad propositam materiam, & reliquam dictionem cui in fine tanquam propositio adjungitur sententia, vel factum exponendum.

Non

( 7 )

Non placent illa exordia, in quibus cum alicujus Philosophi, Historici, Principis, &c. sententiam aut factum susceperis deducendum, prius in laudem Philosophiæ, Historiæ, Principatûs, &c. excurras, quàm ad ipsam particularem sententiam descendas.

Frivolum item est in exordijs, ut nonnulli præcipiunt, utilitatem sententiarum, vim exemplorum, & alia universim hujusmodi laudanda prosequi.

Neque etiam placent Exordia, quæ fusiùs in laudem Authoris excurrunt, deindè ad sententiam ipsius deveniunt, hæc enim Exordia, alijs etiam Chrijs applicari possunt, quod est vitiosum.

A 4

Opti-

Regi nyomatatványok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

( 8 )

Optima igitur Exordiorum genera sunt, quæ fiunt de substrato materiæ, atque è visceribus causæ eruuntur. Ut autem hæc Exordia ritè concipias, concipe propositionem aliquam connexam, unam alteramvè rationem, illustra aliquâ exornatione, quæ peti potest vel à simili, vel ab eruditione, vel ab insigniore quadam figura, deindè descende ad sententiam, vel factum, indirectè tantùm laudem Authoris insinuando.

*Quæres*, quomodo formari, & undè peti possint hæc propositio- nes connexæ cum materia.

*Resp.* Ut benè formentur, respiciendum esse ad id, quod in Chria svadeo, vel dissvadeo, & cu-  
ran-

( 9 )

randum, ut propositio Exordij cum hoc Chriæ scopo sit connexa, erit autem benè connexa, si ducatur ex aliquo locorum, vel intrinsecorum, vel extrinsecorum materiæ. Res in exemplo clarè patebit: facienda est Chria de illa Senecæ sententia: *Nihil est tam acerbum, ex quo magnus animus solatium capere non possit.* Scopus hujus Chriæ erit, svadere ærumnas læto, & forti animo esse tolerandas. Itaque facies connexum Exordium.

*Primò*, Si accipias propositionem contrariam scopo Chriæ, qualis hæc esse poterit. *Multi timent calamitates.*

*Da rationem: quia putant ca-*

As

la.

*laminates esse plenas doloribus & tristitiâ.*

Amplifica & exorna per definitiones conglobatas, verbi gratiâ: *excitantur has esse letitiæ naufragium, mœroris scaturigines, dolorum nutrices, &c.*

Item membraticè effectus calamitatis exponendo, v. g. *Putant his adversantis fortunæ telis omnem animi jucunditatem expugnari, prosterni vigorem mentium, &c. Sed quàm graviter hi errent aperte docet Seneca, vir tum eloquentiâ, tum sapientiâ clarissimus, dum ait: Nihil est tam acerbum, &c.*

2dò. Ponitur in Exordio aliquando propositio aliqua problematica de materia, quàm tractamus, & dantur breviter utriusque

que partis rationes, deindè una pars per Chriam amplius confirmanda assumitur, sic in præsentî materia hæc.

*Nescio, utrum majorem animo letitiam adferre possit prosperitas, an verò adversitas?*

Ratio primæ partis. *Si communem vulgi sensum excuro, videbitur stare in favorem prosperitatis;*

Confirmatio: *Putant enim felicitatem hominis esse positam in divitijs, honoribus, voluptatibus, sanitate, amicitijs, alijsque fortunæ, & corporis bonis, quibus absentibus omnem simul animi vigorem demptum existimant, &c.*

Exornatio à definitionibus allegoricis; *hos vitales existimant spiritus, quibus animus ad alacritatem*

Regi NYomta tványok, Matrica Slov. Vertin: /316.ig.1/



Regi NYomta tvényok, Matice Slov. Martin:  
/316.ig.1/

tem reviviscat, hos faventis coeli ra-  
dios, quibus omne mœroris chaos dis-  
sipetur, &c.

Transitio ad secundam partem.  
Sunt tamen quam plurimi, & ij sa-  
pientes, qui majorem in calamitatibus  
letitiam reperire putant, quam in  
rebus prosperis.

Ratio. Quorum mihi sententia  
tantò videtur verior, quantò major  
est illorum sapientia, qui ultra com-  
munem vulgi sensum, suas elevant  
cogitationes.

Transitio ad propositionem  
Chriæ; Ex multis unum vobis ad-  
duco, (cujus sapientiam transcripta  
posteritatis emolumenta facundius o-  
mni lingvâ eloquuntur) Senecam;  
hic quid de emolumentis calamitatum  
sentiret, cum sæpè tum aureâ illâ  
sen-

sententiâ aperuit, quando dixit: Ni-  
hil esse tam acerbum, &c.

3tio. Ducitur non rarò exor-  
dium ab aliqua propositione uni-  
versali, ex qua deindè fit descen-  
sus ad particularē, quam in Chria  
tractamus, v.g. in præseni mate-  
ria particularis propositio est, ca-  
lamitates, quæ videntur amaræ, mul-  
tum habent solatij; ab hac ascende  
ad universalem hanc; multa sunt,  
quæ si primò considerentur intuitu,  
præstantiam suam non exhibent, imò  
inter res contemptibiles censendæ vi-  
dentur, si tamen altiùs earum inspi-  
ciatur indoles, tum latens earum  
pretium & excellentia deprehendi-  
tur.

Amplificatio per inductionem:  
sic sæpè sub deformi vultu, pretiosum  
la-

Regi nyoma tványok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

latet animus, sub vili palliolo, magnus Philosophus, sub duro, & amaro cortice, dulcis nucleus, sub ignobili terræ gleba, nobilis gemma, &c.

Descende deinde ad particularem propositionem, v.g. Ita etiam sub calamitatibus, quæ rigidam primâ fronte, & amarâ exhibent faciem, amœna latent solatia, & genuinæ letitiæ uberrimi fructus. Nolo mihi fidem habeatis, audite sapientissimum Senecam, ita hac de re pronuntiantem: Nihil est tam acerbum, &c.

4to. Potest formari exordium per modum paradoxo, aut propositionis primâ fronte incredibilis, qualis in præfenti materia hæc esse potest, felicitatis genus esse,

esse, infelicem fieri, & veram letitiam vix alibi certius, quam in calamitatibus reperiri; Ostendes ergo quam incredibilis videatur hæc propositio; dices tamen eam cum omnibus sapientibus, tum maximæ Senecæ indubitata videri, poteris sic deducere: vereor Auditores, ne dum hodie vobis persuadere conor, veram letitiam vix alibi certius, quam in calamitate reperiri, adeoque singulare felicitatis genus esse, fieri infelicem; modicam apud vos ratio mea fidem sit impetratura. Ratio: Est enim hoc orbis fermè totius iudicium, calamitatibus erectam mentis indolem opprimi, & extinguere letitiam, indici curas, dolores ingeminari.

Amplificatio per inductionem:  
Quod

Quod si nec è tenebris lucem, nec ex undis flammam, nec ex spinis uvam, nec ex pumice aquam, nec ex arena letam, uberemque segetem, &c. Sperare fas est; quis credat ex adversitate (acerbissimam illam humani cordis lamenam) aliquam emergere posse bonæ voluptatis occasionem?

Transitio ad propositionem Christi. Sed utcunque stet contra me orbis universi iudicium, dicam tamen hodie, & non meam, sed Senecæ fretus auctoritate, dicam, nullam esse tam doloribus obnoxiam calamitatem, ex qua herois animus copiosam lætitiæ messem colligere non possit; Nihil enim est tam acerbum, ex quo magnus animus solatium capere non possit, inquit vir sapientissimus.

sto.

sto. Potest duci exordium à communi aliqua opinione, vel consuetudine, vel fabula, vel adagio aut aliâ quâcunque eruditione, in præsentia materia potest duci ab ea consuetudine, quâ homines plerasque res tantum secundum faciem exteriorem iudicant, quod ita deduci poterit; Ea est apud plerosque consuetudo mortalium, ut in rebus examinandis eternam maxime specie ducantur.

Amplificatio. Unde necesse est eos sæpè errare graviter.

Ratio. Quia res præstantiores plerumque pretium, & valorem suum subducunt oculis, & quibusdam quasi involucris occultant, quem quia primo intuitu non agnoscunt viles reijciunt & contemunt.

Excor-

*Excornatio à simili: similes illigalo Aesopico, qui cum in fimeto nobilem reperisset unionem, illum, quod in escam non mollesceret, contemptim in sordes rejecit.*

*Transitio ad Hypothesin, quae injuria cum plurimis rebus indole, & naturâ præstantissimis tum maxime calamitatibus ab illo hominum genere irrogatur. Cum enim hæc faciem exhibeant asperiores, illas cane pejus, & angue persequuntur, & detestantur: non animadvertentes, quantum sub hispido tegmento excellentiam contineant; aliter sua sapientes viri de rebus judicia ferunt, non contenti externâ specie, in intimos rerum recessus penetrant, & remoto, ut ita dicam, cortice, ipsum internæ præstantiæ*

*tiæ nucleum rimantur. Ita Seneca peritissimus rerum naturalium investigator, quantum sub amaro ærumnarum involucre solatij materiam deprehendisset, aperte docuit, illo inscribendo effato, cum diceret: Nihil est tam acerbum, &c.*

6to. Tot sunt modi faciendi exordia, quot sunt figuræ nobiliores, maxime sententiarum: serviunt autem quàm plurimum Optatio, Dubitatio, Apostrophe; in proposita materia, poterit ab optatione sic inchoari Chria.

*Utinam Auditores ea esset mortaliū omnium sapientia, ut rerum universarum naturam accuratius expenderent, non ita profecto illis horrerent: non se tunc infelicissimos*

pro-

Regi rýomtatványók, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

Regi nyomatványok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

☞ ( 20 ) ☞

*proclamarent, si quando immiffam  
Numinis providentiâ calamitatem a-  
liquam patiantur. Deprebenderent  
enim uberrimos illarum fructus, a-  
gnoscerent adverfitates non tam fu-  
giendas, quàm amplectendas, & ma-  
gni Senecæ judicio, non inviti sub-  
scriberent, qui illas fœcundas letitiæ  
fœturigines existimavit; ait enim:  
Nihil effe tam acerbum, &c.*

*Caput tertium.*

### De Expositione.

PROPOSITIO.

**E**Xpositio est sententiæ explica-  
tio, aut si Chria sit activa,  
narratio facti, ex qua aliqua mo-  
ralis doctrina, ad informandos ho-  
minum mores eruitur: adeoque  
ostenditur, ad quam virtutem aut  
viti-

☞ ( 21 ) ☞

vitium, factum, vel dictum refe-  
ratur.

Virtutes Expositionis sunt, ut  
sit brevis, clara, & conformis ad  
reliquas Chriæ partes; esset enim  
summum vitium, si causa & con-  
trarium aliud probarent, quàm  
Expositio docuerit, nam quod  
propositio est in orationibus, hoc  
est in Chrijs Expositio, undè ea-  
dem præcepta, quæ dantur pro  
propositione, possunt etiam ser-  
vire ad Expositionem.

Varij modi constituendæ Expo-  
sitionis sunt; Primò enim si sit  
sententia clara, & Expositione  
non indigeat, simpliciter profer-  
tur sententia Authoris.

2do. Potest fieri per Synonyma,  
alijs verbis & sententijs, Authoris  
sen-

Регі з'являється в Матіце Слов. Мартин:  
/316.ig.1/

sententiam fusiùs explicando, v.g. quod dum dixit sapientissimus moralis doctrinæ, ac prudentiæ Magister, illud, animis nostris per vasum voluit, omnes, quibus humana vita obruitur, calamitates non tam doloribus, quàm solatijs plenas, & fecundas esse, nec timendos adversantis fortunæ, aut inimicorum insultantium impetus, sed magno, constantiq; animo excipiendos.

3tio. Si sententia sit propositio universalis, potest fieri expositio per amplificationem à partium distributione, v.g. quâ quidem sententiâ illud sapientissimi Seneca iudicium fuit, insita esse magis calamitatibus magna generosarum mentium solatia, esse in egestate, quod fortem animum oblectat, in injurijs

ad mixtas esse delicias, quibus magni pectoris patientia recreetur.

4to. Per modum concessionis: insultet ergò fortuna, tragicis instituat catastrophes, fortunarumque ruinas intentet, famam per inimicorum contumelias laceret, suadebit Seneca non cadendum animo, non cedendum dolori, hauriendus alacriter acerbitates, quæ si in fortem inciderint animum, non tristitiam, sed insignem parient animi voluptatem.

5to. Solemus etiam interpretari mentem Authoris, per negationem simili modo: Non voluit Seneca omnem doloris, & acerbitatis sensum à magno animo auferre, non voluit velut saccum, vel sensu carentia simulachra, ad inimicorum

*rum injurias obrigescere, &c. sed id solum genuinae virtutis studiosis commendatum voluit, calamitates, tamen si primâ fronte videantur horridae, plenaeque doloribus, si tamen fortiter excipiantur, non mœrorem, sed letitiam magno animo parturire.*

6to. Si sit dictum aliquod aut factum, cujus possunt esse plures sensus, aut rationes, vel si potest factum ad plures virtutes referri, potest expositio per modum rejectionis sic institui: quo quidem ex facto, discent alij frænandos animi impetus, admirabuntur alij invictum mentis robur, &c. ego verò id unum præ reliquis commendandum censeo, quod, &c.

7mo. Per Prosopopæjam, quâ ipse

ipse Author iuducatur, suam sententiam interpretans: quam mortalium meticulositatem, si redivivus è sepulchro Seneca cerneret quid aliud diceret, quàm quod olim sapientissimè enuntiavit; Nihil esse tam acerbum, ex quo magnus animus solatium capere non possit, non esse cendum injurijs, fortune tela constanter excipienda, calamitates, tamen si prima fronte videantur asperae, si tamen penitiùs inspiciantur, si forti animo tolerantur, esse amenas, uberem solatiorum copiam suppeditare, &c.

Denique nota: tot esse modos Expositionis quot sunt modi amplificandi, variandi quamvis propositionem.

B

Ca.

De Causa.

**C**AUSA est ratio, in quâ documentum ex dicto, vel facto probatur, hæc ex locis communibus petenda est, & per eosdem etiam amplificanda, ponenda in certum genus argumentationis, cujus quælibet propositio suis rationibus confirmetur & ornatu verborum, ac sententiarum illustretur.

*Nota:* Ex diversitate causarum posse diversas Chrias circa eandem materiam & sensum formari, si enim quælibet ratio, suo contrario confirmetur, similitudine, & exemplo illustretur, si adjungatur conveniens rationi testimonio.

stimonium, & Epilogus ex rationibus conformiter deductus, tot erunt Chriæ, quot erunt diversæ rationes; ut tamen facilius appareat praxis, rationes circa eandem materiam inveniendi, dabimus diversas sententiæ superioris allatæ rationes.

*Prima sit à definitione gaudij: Gaudere enim aliud non est, quam nullo metu affici, imperturbatam animi pacem inter omnes fortune vicissitudines conservare, &c. quàm rationem si posueris in formam syllogismi, aperitur amplius deducendi campus, v. g. Etenim si communi sapientum suffragio is germanam animi letitiam adeptus censeatur, qui supra metum omnem positus, fluctuantes rerum humanarum*

Regi nyomtatványok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/



Regi NYOMATAVANYOK, Matice Slov. Martini:  
/316.ig.j/

( 28 )

rum vicissitudines excelsiori animo  
despectat, cujus amenissimam quietæ  
mentis malaciam, nulli calamitatum  
turbines, nullæ fortunæ iniquioris  
tempestates convellere possunt, &c.  
necesse est viri fortis animum, etiam  
inter medias calamitatum procellas,  
incredibili lætitiæ voluptate perfundi,  
ut potè, qui metum omnem excutit,  
qui tela fortunæ impavido pectore il-  
læsus excipit, &c. Deindè proba  
minorem à partium distributio-  
ne. v. g. quid enim? Insultat no-  
vercantis fortunæ funestum centenis  
cladibus odium? firmiorem heroi pe-  
toris clypeum opponit. Fortunas ini-  
micorum furor eripit? Nihil perdidit  
se se putat, quam diu domesticis animi  
divitiis conservat. Famam calumniarum  
trices malevolorum linguæ involant.

Ride

( 29 )

Ridet insipientes vulgi rumores, solâ  
rectè actorum conscientia letus, &c.

Addes demum complexio-  
nem, v. g. itaque dum supra sen-  
sum injuriæ, supra metum calamita-  
tis, celsitudinem animi evexerit, ha-  
bebit, uberem, vel inter doloris in-  
strumenta lætandi materiam, &c.

2da. Sit à partium distributio-  
ne, in qua recensabis varias ca-  
lamitates, & ostendes cuivis in-  
esse aliquod solatij vestigiùm,  
quod solum à viris fortibus de-  
prehendatur, v. g. Calamitas est  
Paupertas, sed letus est, cui cum  
paupertate benè convenit, nec ino-  
piam queri potest, qui tantum habet,  
quantum desiderat, fortis animus  
semper ad mensuram sui desiderij di-  
ves est, citò satis habet, qui nihil spe-

B 3

rat,

Regi nyomata tvényok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

( 30 )

rat, nihil concupiscit, omnia fortuna  
nae dona damnat, Miserum est mor-  
borum cruciatibus affligi, sed in ma-  
gnis viris tum est robustior animus,  
cum debiliores sunt vires, & ipsa men-  
tis alacritas sensum doloris retundit.

3tia. A causa formali, seu ab  
honestate, quae est quaedam for-  
ma moralis, quae ratio etiam di-  
sponi potest in syllogismum, v. g.  
magnum animum nihil magis oble-  
stat, quam honestas. Quae propositio  
amplificari poterit per sensus sy-  
nonimos, allegoricos; Minor: sed  
maxima honestas reperitur in calami-  
tatibus. Minorem proba ab effectis;  
quia animum à vitijs abstrahunt,  
ad virtutem preparant, rerum ter-  
renarum contemptum inducunt.

Exorna allegorij dicendo: illos  
esse

( 31 )

esse cotem virtutis, ad quem posita-  
tur, & illustrior reddatur: Esse pa-  
lastram, in qua ad nominis immor-  
talitatem exercentur heroës. & ad-  
de complexionem, v. g. itaque  
cum tantam pariant honestatem, pa-  
rient etiam letitiam, quae ab invicem  
separari non possunt. illustra com-  
parationibus hanc ultimam par-  
tem complexionis v. g. eas esse  
geminas sorores indissolubili fœdere  
sociatas: honestatem esse mensuram  
letitiae, esse aurifodinam, ex qua  
omnigenam eruere liceat animi vo-  
luptatem.

4ta. A causa efficienti, dicen-  
do: adversa à DEO nobis immit-  
tuntur, tanquam dona, & specialia  
divini erga nos amoris argumenta.

Ponatur hæc ratio in syllogis-  
mum:

B 4

mum:

16

Regi nyomtatványok, Matrica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

( 32 )

mum: cuius major sit ista: quid-  
quid à DEO provenit, & nobis im-  
mittitur est bonum, adeoque delecta-  
bile. Ratio quia DEUS est causa  
omnis boni, & fons lætitiæ, à quo  
nihil potest profluere, nisi bonum &  
iucundum, &c. Minor: sed cala-  
mitates à DEO procedunt; Ratio.  
Quia DEUS est auctor rerum o-  
mnium, ergò etiam calamitatum.

Secunda. Quia per adversitates  
homines à terrenis affectibus expedit,  
& ad se trahit, &c.

Tertia. Quia quem amat, casti-  
gat, indurat contra sensum adversi-  
tatum, &c.

Complexio: Ergò calamitates  
sunt delectabiles, sunt viro forti iu-  
cundæ, habent admixta sibi solatia,  
qui-

( 33 )

quibus solus ille fruitur, qui eas non  
timet, sed fortiter excipit.

5ta. Ab effectis, qui multi-  
plices sunt; calamitates enim vir-  
tutem excercent, expellunt vitia, a-  
nimus à terrenis sustollunt, faciunt  
DEO amicum, pariunt gloriam a-  
pud homines, merentur præmium  
immortale, neque dignius DEO spe-  
ctaculum, quàm vir in adversitate  
benè dispositus, &c. Cum itaq; tam  
fecunda bonorum mater sit calami-  
tas, necesse est illam non tristitiam,  
sed solatium magnis mentibus adfer-  
re. Hic locus amplissimus est,  
si congruis figuris exornetur,  
magnam Christiæ varietatem præ-  
bebit.

6ta. A Comparatione, v. g.

B 5

victo-

17

Régi rŷomta tvárŷok, Matice Slov. Martin:  
/316.ig.f/

❁ ( 34 ) ❁

victoriæ militaris. *Magnam parit  
letitiam victoria ex hostibus obtenta,  
& quanto acrius fuit prælium, quan-  
tò plus periculi & laboris subeun-  
dum, tantò amplius est gaudium, quod  
inde redundat. Erit etiam ergò in-  
signe generosæ mentis solatium, ca-  
lamitatem, (quàm alij timent ita,  
cui tot orbis dominatores succubue-  
runt, &c.) pedibus subiecisse, om-  
nem ei nocendi vim abstulisse, &c.*

Quæres quomodo hæc pars cum  
priori connectatur?


*Resp. Imò. Per particulas cau-  
sales, quales sunt: enim, etenim,  
enim verò, nimirum, nam, &c. item  
his æquales, ut sunt, & rectè, nec  
immeritò, & sapienter profectò, nec  
absque causa, &c.*

*Resp.*

❁ ( 35 ) ❁

*Resp. 2dò. Posse fieri conne-  
xionem, per transitiones majo-  
res quæ unâ alterave sententiâ  
absolvantur. v. g. poterat id sanè  
dicere, qui noverat, quanta in re-  
bus adversis fortiter toleratis honestas  
reperiretur, quod ut assereret, non  
leve rationis momentum, habuit vir  
sapientissimus, &c.*

*Nota: Posse in hac Chriæ par-  
te per figuram præteritionis ali-  
quando plures causas afferri, il-  
lisque succinctè prolatis, tandem  
in una sisti, quæ fusiùs amplifi-  
cetur, & juxta quam reli-  
quum Chriæ corpus  
formetur.*



B6

Ca-

18

Caput quintum.

De Contrario.

**C**ontrarium in hac Chriæ parte, vel sententia vel illius documentum, vel ratio in causa allata, vel utrumque simul probatur, ex opposito. Adeoque videndum, quid illi virtuti, aut vitio, aut rationi sit oppositum, itaque si laudes v.g. in Chria patientiam, in contrario vituperabis impatientiam. Si rationem in causa dedisti, ideò patientiam amplectendam, quia ærumnas leves facit. Confirmabis id à contrario. Quia impatientia ærumnas graviores facit.

*Nota:* Possè rationem à contrario eodem modo tractari & ex  
ijsdem

ijsdem fontibus deduci, ex quibus deducta est causa, quæ praxis, ut clarior appareat, deducemus in præsentia materia, tot rationes à contrario, quot in parte superiori posuimus causas.

*Prima.* Ergò sit à definitione tristitiæ, cum prima ratio in causa deducta fuerit à definitione gaudij. Est autem tristari, timore continuo, & varijs animi perturbationibus subiacere. Ut autem argumentationem à contrario bene instituas, pone ad initium propositionem contrariam complexioni in causa positæ. Undè quia in causa hæc fuit complexio.

*Itaque magnus animus habebit magnam in adversis letandi occasionem:* pone hanc contrariam, contra

B7

verò

Regi rýomta tványok, Matice Slov. Martin:  
/316.ig.j/

Regi ivyomta tványok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.1/

verò imbelles animi, in quacun-  
que calamitate, summam reperient tri-  
stiziam. Proba id ratione ex defi-  
nitione petita, & pone eam in  
syllogismo hoc modo: Etenim an  
non eum mœrori obnoxium dicemus?  
qui continuo calamitatum metu suc-  
cutitur, quem fortuna severioris ma-  
lignitas exanimat, quem vel frangit  
injuria, vel rerum charissimarum  
jactura prostermit. Et subjunge mi-  
norem, tales sunt imbelles, meticulosi,  
in terram abjecti, passionum suarum  
servi, ærumnarum impatientes ani-  
mi, &c. Proba à partium enume-  
ratione: impetunt iniquis contume-  
lijs famam æmuli; ringuntur a-  
cerbitate injuriæ. Prostrabit stantem  
in campis segetem inclementior aëris  
intemperies, ita dolore transversum  
rapi-

rapiuntur, ut crederes insanire, ef-  
fregit tumentes congestis thesauris ar-  
cas furum rapacitas; superi! quæ la-  
menta! qui fremitus! Abijt in bu-  
stum repentino incendio domus; tum  
verò inconsolabili mœrore contabes-  
cunt. Vires atterit morbi violentia,  
nullus Podalyrius dejectum despera-  
tione animum revocabit.

Adde complexionem, ita sine  
mœrore esse non possunt, quicunque  
imbecilli sunt animo, & malis suis  
inferiores, cum interea generosæ  
mentes ex ipsis rerum tristissimarum  
acerbitatibus solatij capiant occasio-  
nem.

2da. Potest deduci à partium  
enumeratione, ostendendo pusil-  
los animos, ad quamlibet, & mi-  
nimam

Regi nyomata tványok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

( 40 )

nimam calamitatem tristitiâ con-  
trahi poteritque sic disponi: non  
ita imbelles animæ, quas humilis re-  
rum terrenarum cupiditas solo de-  
pressit, nec generosior indoles ultra  
casuum humanorum vicissitudines e-  
rescit: hi enim, si vel minimus for-  
tuna adversantis turbo ingruat, sta-  
tim animo concidunt, & inconsolabili  
mœrore consternuntur; si famam æ-  
mulorum invidia violet, si grando  
spem messis interimat, si subita cala-  
mitas bonis evertat, &c. adeo suo in-  
cumbunt dolori, ut sæpe parùm distent  
ab insania; videas illos pallere vultu,  
diffluere lachrymis, fugere lucem,  
hærerere in tenebris (describe hic ul-  
teriùs per Hypotiposin similes  
homines tristitiæ immerfos.) o-  
mnes amicorum consolationes aver-  
sari.

( 41 )

sari. Nimirum non est tantum infir-  
mis animis robur, ut frangant du-  
rum adversitatis corticem, & recon-  
dito suavitatis nucleo potiantur.

3tia. Ex opposito honestatis,  
quam diximus esse quandam for-  
mam moralem, potest autem hic  
se per modum oppositi habere  
ratio jucunditatis, quâ plerique  
ducuntur, ex qua sic licebit ar-  
gumentari: At verò molles & igna-  
vi mortalium plerorumq; animi, cum  
in rebus non honestatem, sed id, quod  
sensui gratum, jucundum est cor-  
pori, spectent; mirum non est, quod  
ita horreant adversitates, quas tot  
armatas aculeis, tot obnoxiis acer-  
bitatibus experiuntur, &c. imò pro-  
digio par videri potest, si quam ulla  
in re, quantumvis prospera, lætitiã  
capere

Regi nyomatványok, Matrica Slov. Martia:  
/316.ig.j/

capere possint. Ratio. Quid enim tam omni ex parte beatum, cui non aliquod aut periculum, aut mali semen adjunctum? quæ tam sincera voluptas, quam non comitetur acerbitas? Nimirum ut ait ille, armat spina rosas, mella tegunt apes, &c. excurre hic ostendendo per partium enumerationem nihil esse tam jucundum ac delectabile, cui non sit admixtum tel doloris.

Complexio: nullam ergò inveniunt genuinam voluptatem efficiunt nata mentes, quæ contemptâ honesti ratione inania solum in rebus humanis sensuum oblectamenta scrutantur. Sola quippe honestas pulcherrima & ab omni acerbitalis face, repurgata voluptatis mater est, &c. quam cum ubique heroi sectentur a-

nimi,

nimi, habebunt, quo vel inter ipsos rerum adversarum tumultus recreentur.

4ta. Erui potest ex opposito quartæ causæ, quæ desumpta fuit à causa efficiente: unde quia ibi dictum fuit, magnis animis vel eo nomine singulare solatium ex adversitate provenire, quòd sciunt illam à Deo immitti tanquam donum specialis amoris.

Formabis propositioni huic contrariam hanc: *Econtra verò quia pusilli animi homines DEUM non agnoscunt Authorem calamitatum, in ijs præter amaritudinem nihil deprehendunt: poteritq; sic deduci; sed non est tam perspicax infirmis animis oculorum acies, ut unquam de calamitatum omnis series sum ducat*



Regi Nyomatváryok, Matrica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

✽ ( 42 ) ✽

capere possint. Ratio. Quid enim tam omni ex parte beatum, cui non aliquod aut periculum, aut mali semen adjunctum? quæ tam sincera voluptas, quam non comitetur acerbitas? Nimirum ut ait ille, armat spina rosas, mella tegunt apes, &c. excurre hic ostendendo per partium enumerationem nihil esse tam jucundum ac delectabile, cui non sit admixtum fel doloris.

Complexio: nullam ergò inveniunt genuinam voluptatem effeminatæ mentes, quæ contemptâ honesti ratione inania solum in rebus humanis sensuum oblectamenta scrutantur. Sola quippe honestas pulcherrima & ab omni acerbitalis face, repurgatæ voluptatis mater est, &c. quam cum ubique heroi sectentur animi,

✽ ( 43 ) ✽

nimi, habebunt, quo vel inter ipsos rerum adversarum tumultus recreentur.

4ta. Erui potest ex opposito quartæ causæ, quæ desumpta fuit à causa efficiente: unde quia ibi dictum fuit, magnis animis vel eo nomine singulare solatium ex adversitate provenire, quòd sciunt illam à Deo immitti tanquam donum specialis amoris.

Formabis propositioni huic contrariam hanc: *Econtra verò quia pusilli animi homines DEUM non agnoscunt Authorem calamitatum, in ijs præter amaritudinem nihil deprehendunt: poterit; sic deduci; sed non est tam perspicax infirmis animis oculorum acies, ut unde calamitatum omnis series suum ducat*

Regi nyomtatványok, Matrica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

ducat principium, dispiciant: abjecti in terram ultra sensum, & rerum humanarum cognitionem intelligendi vim non elevant: assuete tenebris, ad divina cacutientes talpæ, neglecto rerum omnium Authore, malorum, quibus premuntur, originem, aut fortune iniquitati, aut inimicorum potentie, nocendique studio ascribunt. Quare mirandum non est si solatium in rebus adversis, quod magne mentes reperiunt, ipsi non capiant, si malis suis succumbant, si curis & doloribus, si metu & animi ægritudine conficiantur. nimirum inanes rerum cœlestium animi solâ earum occurrentium externâ specie detinentur, & si quid adversum accidit, remedia doloris nesciunt, sed velut efferati canes in objectum lapidem

pidem suam exercent rabiem: ita hi, si quando vel infortunio, vel injuriâ impetuntur, omnem exculcerati pectoris malignitatem, vel in fortunam, vel in hostes effundunt.

sta. Ab effectibus impatientiæ v. g. jam verò quemadmodum adversitas fortiter tolerata plurimum bonorum est scaturigo; ita si in imbecilem cadat animus, si mentis robur expugnet, maximorum malorum est principium. Inde enim nocturni diurnique timores prodeunt, quibus omnis animi tranquillitas disturbatur, inde rabiosa vindictæ cupiditas, quâ cladis illatæ destinatur ultio. Inde dejectus, sibi que diffidens animus, quem nulla melioris fortune spes rursus erigat, &c. Ex quibus nemo non intelligit, quan-

Regi nyomta tványok, Matice Slov. Martin:  
/316.ig.j/

quanta pectoris laniena, & assidui  
meroris acerbitas suboriatur.

6ta. Sit opposita comparatio-  
ni victoriæ. v. g. contra verò, si  
vinci ab hoste, & sub jugum mitti,  
non solum magnam ignominiam, sed  
summam etiam tristitiam parit, erit  
procul dubio non solum hominis digni-  
tati dedecorosum, sed etiam plurimi-  
meroris occasio, ab adversitate viri-  
bus, & animi robore excarmari, suc-  
cumbere doloris impotentia, clypeum  
& arma abijcere, victus injurijs ma-  
nus tradere, malis suis inferiorem se  
profiteri, &c.

Quæres quomodo fiat transitio  
à causa ad contrarium?

Resp. Imo. Simpliciter per par-  
ticulas contrarietatem significan-  
tes, quales sunt: *Contra, contra*  
*verò,*

verò, atverò, aliud planè, secus ta-  
men, aliter tamen longè se res ha-  
bet; sed non est ijs hæc facilitas &c.  
verum hæc mentis solatia ijs tantum  
obveniunt, qui magno sunt animo; ni-  
hil expectandum meticulosus.

Resp. 2do. Per figuras, v. g.  
per exclamat: ô igitur felices illos,  
qui forti animo calamitates suscipi-  
unt! At ô miseros, qui iisdem suc-  
cumbunt! vel per Apostrophè: v. g.  
jam verò ad vos se mea convertit o-  
ratio ignavæ, imbelles animæ, que  
ad primum calamitatis impetum cor-  
ruitis. Dicite, quod in rebus adver-  
sis solatium, imò quam animi pertur-  
bationem sentitis? &c. vel per Con-  
cessionem: v. g. sed sit hæc magna-  
rum mentium felicitas, vel ex ipsis  
adver-

Regi NYomata tványok, Matice Slov. Martin:  
/316.ig.j/

adversis voluptatem eruere, at imbecillum animorum hoc vitium est, in rebus adversis nullum tristitia modum invenire, &c. Vel per optationem: utinam hanc generosam mentium voluptatem sapius animo perpenderent ij, qui ad omnem calamitatis incursum metu exanimantur: discerent procul dubio animum, vel inter adversa erigere, neque adeo dolori suo se totos permitterent.



Caput

Caput sextum.

De Similitudine.

**N**Ota similitudinem, esse quãdam rerum naturã diversarum inter se collationem in aliqua proprietate, in qua convenire videntur, & licet hæ proprietates non semper adæquatè conveniant, quia ut dicitur, omnis similitudo claudicat, erit tamen tantò illustrior similitudo, quanto major fuerit earum convenientia.

Quæres primò unde peti debeant similitudines?

*Resp.* Imo Ex tota rerũ universitate, & imprimis à cœlo, & quæ in illo sunt; v.g. à DEO, ab Angelis, & felicitate æterna, Sole, Luna, stellis, Cometis, Planetis;

C

netis;

25

Regi nyomtatványok, Matrica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

( 50 )

netis; & eorum adjunctis ac proprietatibus, &c.

2do. Ab aëre ejusque proprietatibus, & adjunctis, qualia sunt salubritas, malignitas, Serenitas, tempestas, frigus, calor, pluvia, nives, grandines, ignes fatui, nubes, venti, & horum diversæ species. Item aves, earumque varia genera, naturæ & proprietates.

3tio. Ab aqua: sub qua primò continentur fluvij, qui naturâ & proprietatibus diversi, ut Danubius turbidus, Rhenus rapax, Tyberis placidus, Tagus & Hermus auriferi, gemifer Hy laspes, &c. Item fontes & horum species, nam aliqui sunt salutare, alij noxij, & varias in bibentibus qualitates efficiunt, de quibus con-

con-

( 51 )

consule theatrum Philosophicū Ravilij, aut theatrum magnum Beyrlin. Huc referetiam maria, illorū diversas species; v.g. Adriaticum, Caspium, Mediterraneum mare, Atlanticum mare, &c. Item omnia eorum adjuncta: qualia sunt marina pericula, syrtes, sirenes, pyratæ, scopuli, vada, naves, & tota ars nautica, cum omnibus suis instrumentis, adjunctisq;

4to. Ab igne ejusque proprietatibus. v.g. vi & voracitate, splendore, fumo, utilitate, damnis, & varijs ejusdem speciebus, v.g. Empyreo, fulmineo, Ætnæo, &c.

5to. A terra, & ijs, quæ in ea sunt, v.g. à diversis provincijs, earum situ, feracitate, sterilitate, aliisque proprietatibus. Item

C2

à mon-

76

Regi nyomta tványok, Matrica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

( 52 )

à montibus eorúmque diversis  
qualitatibus v.g. altitudine, opu-  
lentiâ, &c. Vallibus, lapidibus,  
gemmis, & earum virtutibus.  
Hortis arboribus, plantis, flori-  
bus, & vario eorum genere. I-  
tem à metallis; v.g. auro, argen-  
to, ferro, &c. Item ab agris, vi-  
neis, pascuis, sylvis & ad horum  
culturam spectantibus. Præterea  
ab animantibus, eorúmque di-  
versis naturis. Denique ab ho-  
mine, in quo considerari possunt,  
anima, ejúsque potentie v.g. in-  
tellectus, memoria, voluntas, &c.  
Item affectus v.g. Amor, odium,  
&c. Item virtutes, & vitia, tem-  
perantia, ebrietas, &c. Item artes  
& scientie diversæ v.g. Oratoria,  
Poëtica, Philosophica, Musica,  
Mili-

( 53 )

Militaris, Politica, Oeconomica,  
Pictoria, Medica. Omnesque  
artes mechanicæ, ut sunt fabri-  
lis, sartoria &c. & earum opera,  
v.g. Vestes, Horologia, specula,  
statuæ, Colossi &c. Item comple-  
xionum diversitas, varij natio-  
num mores, inclinationes, vitia  
virtutes, Consuetudines, & ri-  
tus. Deniq; considerari possunt  
in homine ea, quæ ad corpus spe-  
ctant, ut sunt s. sensus, membra  
& eorum functiones, forma, sani-  
tas, robur, morbi, deformitas,  
imbecillitas. &c.

Resp. 2do. Quidquid dictum est  
de modo inveniendi metaphoras,  
intelligendū etiam est de simili-  
tudine.

C3

Quæ-

27

Regi nyomtatványok, Matrica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

✱ ( 54 ) ✱

Quæres 2do. quomodo similitudo possit efferri?

Resp. Imò. Communissimus modus est, quo una & simplex res per Protasim in comparationem adducitur, & illud, cui comparatur, per apodosim subjicitur, quod fit per particulas illas, quemadmodum, sicut, &c. ita, pariratione, &c. v. g. Quemadmodum generosus miles ad conspectum hostis non expallescit, sed inter ipsa vitæ discrimina latus ingreditur: si pugnandum exultat; si scandenda hostilium murorum monumenta, alacer percurrit: si decurrendum inter densatos hostium acinaces, rapitur in morem fulminis: si toleranda famæ, superande viarum angustia, &c. non fragitur animo, non ingemiscit  
ad

✱ ( 55 ) ✱

ad vulnera, non terretur pereuntium lamentis, &c. Novit enim arduum esse gloriæ iter, vulnera interpretatur honoris insignia, hostilem sanguinem dignam martiali pectore purpuram: & tantò se exornatiorem existimat, quantò magis se bellico pulvere viderit sordidatū, &c. pari ratione magno animo cupiditatum suarum domitori, quæ ceteris videntur aspera, apparent jucunda. Dulce illi ad suæ experimentum fortitudinis cum adversis colluctari; dulce inter hostiles calamitatum exercitus illesum consistere; dulce dignum Deo, de sua constantia spectaculum exhibere. Suis existimabit delicias, cum iniquioris fortunæ acerbitas exhaurienda fuerit: suos interpretabitur plausus, cum injurias forti animo decoxerit.

C 4

2do.

Regi nyomtatványok, Matrica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

2do. Communi aliquo dicto utriusque conveniente Protasis & Apodosi concluditur; v. g. quod aurum in montibus, hoc est calamitas in viri fortis animo: utrumque asperam habet superficiem, sed sub rigida facie ingens pretium occultat.

3tio. Aliquando Protasis miscetur cum Apodosi; v. g. veteri Silenorum joco calamitatem non ab- similem dixerō, illi qui tetram induiti speciem, occurrentibus subito DEI simulachrum recluserunt, ut ubi putabatur monstrum, ibi repentina reclusione, divina compareret imago; hæc tristem exhibens faciem, cum in fortem incurrerit animum, detractâ mœroris & asperitatis larvâ subitam infundit letitiam. &c.

4to.

4to. Inducitur quandoque simile à contrario, ut si dicas: habet quidem amarum nuxæ corticem, quem si morsu tentaveris, dentes obtupefcent; at si destructo cortice nucem recluseris, invenies dulcem mollemq; nucleum: ita adversitas, licet prima fronte magnâ videatur præferre acerbitatem; si tamen internam illius præstantiam accuratius scrutatus fueris, reperies nobilissimos fructus, ex quibus honestissimâ generosus animus voluptatē capere possit.

5to. Fit nonnunquam comparatio à dissimili, ut si dicas: non est ea calamitatis, quæ pomorum ut vocant Sodomiticorum ratio: hæc sub pulchro, & formoso integumento redolentia, in fame Pentapolis bustum cineres contegunt; illa sub rigido in-

C 5

invo-

29



Regi NYomtatványok, Matice Slov. Martia:  
/316.ig.1/

volucro amœnam scrutantibus exhibet suavitatem. Similè potiùs dixeris illis, quæ divinarum scripturarum commendavit *Authoritas*, tabernaculis Cedar, in quibus sub hispidis caprarum pellibus aurea Seraphinorù effigies, & totum veteris Testamenti sacrarium latebat.

6to. Per collectionem, seu congeriem similium, quæ multiplici modo institui potest.

Primò. Per modum metaphorarum conglobatarum, eas simpliciter affirmando de altero. v. g. Nimirum aurum est calamitas; ut cunque rudem videatur habere scoriam, latet tamen sub rigido tegmine, pretiosa venustas. Iris est, tunc amœnissimos versicoloris suæ lucis diffundens radios, cum horrida nimbis  
tempe-

tempestas, se cœlo impenderit. Chrysolitus est, in tenebris latentem nativæ lucis dignitatē clariùs manifestat, &c.

Secundò. Per modum argumentationis, ab inductione; v. g. trahit sua quemq; voluptas, quæ rebus etiam asperissimis quandoq; acerbissimam excimit. sic inter pericula letus exultat miles; sic inter tempestates impavidus decurrit institor; sic feræ cupidus venator dulces sub Jove frigido excubias agit; sic alacritatem Athletæ pugnanti, addunt vulnera. Quid mirû ergo, si viri sapientis invictus animus voluptatē ex adversis capiat? si, quæ ipsi inest, nocendi vim convertat in alimentum letitiæ? si dulcis illi sit tristium rerum acerbitas? si gaudeat jaçtari calamitatibus, quas

novit lydios virtutis suae lapides, benignitatis divinae munera. &c.

Tertio. Per modum Concessionis; v. g. quae cum ita sint. Dicite vos calamitates optabiles ventorum turbines, qui maturiores arborum fructus decutiunt. Dicam ego pretiosas maris tempestuosi procellas, quae nativa unionum domicilia conchas, è fundo eiecent in littus. Dicite. &c. Qui modus etiam sic efferri solet: v. g. Quare si vos adversitates ventos dicitis, &c. appellabo ego procellas, &c. veletiam sic: dicite vos adversitates ventos, qui, &c. dicite procellas, quae, &c. haec ubi dixeritis pulcherrimis omnino coloribus calamitatum utilitatem expressistis. Sed liceat mihi non minus excimium ejusdem rei simulacrum addere; subjunge deinde

inde similitudinem aliquam, quam fusiùs deducendam suscepisti.

7mo. Per Hypotyposim. Sic allatam superiùs de milite similitudinè licebit tali modo efferre.

Proponite vobis ob oculos, laudis avidum, & animi generosioris militem, videte ut inter media pericula discurrat intrepidus, ut micantium gladiatorum fulgure heroi pectoris excitetur ardor &c. sed tum militè inter Bellonae tempestatem tam letum conspicitis, cogitate vos animo viri cum adversitate benè compositi simulacrum concepisse. Quid enim est quod hujus constantiam infringere? quod metum incutere? quod animi pacem turbare possit? &c.

Nota hanc & similibus figuris, quae

Regi NYomtatványok, Matrica Slov. Martini: /316.ig.f/

quæ graviores sunt & artificium spirant, parcè & non nisi cum iudicio utendum, & tali in materia, quæ tantam eloquentiæ gravitatem admittat; alioquin si crebrius, & violenter adhibeantur, facient orationem frigidam & affectatam.

*Caput septimum.*

**De Exemplo.**

**I**N hac Chriæ parte inducimus factum alicujus personæ, quo documentū morale in expositio-  
ne propositū confirmamus. Debet autem id factum connexionē habere cum causa, & quoniam Exempli inventio, non tam ab ingenio, quàm ex libris historicorū petenda est; omiſſa inventione,  
paucā

paucā de modis illud tractandi dicemus.

Primus itaque & communis modus est, cum loco protasis historia aut factum recitatur, deinde loco Apodosis sententia, seu Epiphonema adjungitur. v.g. *libeat ad confirmandam hujus rei veritatem, omiſſis alijs unum Tiburtium fortissimum Christi pugilem in documentū adducere: Hujus ut invictam animi constantiam Tyrannus dissolveret, jussit cum nudis pedibus per ardetes carbones incedere: neque citius imperavit Tyrannus, quàm Martyr est executus; insiluit letus in instratam flagrantibus prunis arenam, & inter ardores ignium velut hortenses inter amœnitates deliciatur, converso ad attonitum rei novitate Ty-*  
ran-

Regi IV'omtatványok, Matica Slov. Martin: / 316. ig. j/

rannum vultu. Prunæ tuæ inquit: mibi rose videntur. Ita nimirum verum est: (quod ait non nemo) quidquid viri fortis pes calcaverit, id rosa fiet. sapiens vel inter flammæ amicâ Zephyri temperiem experitur, etiam in Phalaridis tauro conclusus beatum se proclamabit. Quod alijs horridum, numerat in delicijs, neq; tam acerbum aliquid, vel fortunæ vel hominum malignitate contingere potest, ex quo non jucundissimam inveniat victricæ constantia voluptatem. &c.

Secundus. Per congeriem exemplorum, quæ variè institui solet.

Primò. Cùm multa per figuram præteritionis recensentur breviter & demum in uno sistitur, quod fulius amplificatur. v. g. quòd si ad

con-

confirmandam dictorum fidem, antiquitatis monumenta scrutari libeat, tantam documentorum vel exemplorum abundantiam inveniemus. ut in ijs recensendis facilius initium, quàm finem reperire fas sit. Nolo ego hîc aut letos sua cum paupertate Diogenes, aut jocantes inter fortunarum jacturam Scipiones; aut Tyranno torquente insultantes Anaccarces; aut Socrates Cicutam, velut Ambrosiam hilariter epotantes; aut Aristides ad locum supplicij tanquam ad theatrum honoris leto passu properantes; aut alia ex Ethnicorum historijs hilaris patientiæ miracula adducere. Unum ad cuius constantiam omnis superstitiöse antiquitatis fortitudo erubescat; unum spectate invictissimum Christi Proto-Martyrem Ste-

pha-

Regi nyomatványok, Matrica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

phanum, Stephanum inquam inter injurias alacrem, inter tormenta ridentem, inter saxorum grandines inconcussū, &c. Impetitur lapidantiū ictibus, sed animi alacritas non excutitur; cogitur feralis in excidium innocentiae tempestas, sed non obruitur invidiae mentis leta serenitas; tumulatur saxorum cumulis, sed emicat premi nescia virtus; gaudens exceptit lapides, quos noverat pretiosos, ad illustrandam immortalitatis, & sui nominis coronam, uniones. &c. Quare non miror, Ecclesiam ita de Stephano canere: lapides torrentis illi dulces fuerunt. Magnus enim animus in ipsis dolorum acerbitatibus solatia, in tormentis letitiam, in morte copiosam gaudij sementem invenit.

2dò. Per figuram repetitionis:

babet

babet ergo calamitas, adjunctum sibi solatium, nequidquam tam luctuosum, vel fortuna, vel hominum iniquitate potest accidere, ex quo vir fortis recreari non possit. Testis hujus rei Tiburtius, qui inter flammatos prunarum ardores, velut inter rosas delitiabatur. Testis est Stephanus, qui fatalem lapidum grandinem, non secus ac pretiosam auri gemmarumq; pluviam exceptit. Testis est Laurentius, qui in candente craticula, velut in olorino lecto, prodigiosam invidiae mentis alacritatem exercuit. Testis &c. quae repetitio fieri etiam potest per apostrophen: v. g. vos ego hic gloriosos Christi Athletas, vos vestro sanguine purpuratos Heroes apello, te Mar- rum primicerie. Et Hebraeae perfidiae glorio-

Regi NYOMTATVÁNYOK, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

glorioso detriumphator Stephane, qui  
Et. Te Laurenti, & animi fortitu-  
dine & muneris dignitate, Stephano  
non inferior, qui, Et. Te denique  
Xaveri contestor, ecquando majus  
habuisti solatium, quam cum decu-  
manis calamitatum fluctibus agita-  
reris; meminimus ita caelestibus re-  
dundantem delicijs, etiam dum gra-  
vis adversitatum turbo instaret, ut  
sepius ingeminare soleres, amplius,  
amplius!

Aliquando narrantur sine figu-  
ra Apostrophes, & repetitionis  
plura exempla, idque fit stylo  
conciso, & elogiali, adhibitis An-  
tithetis, argutijs, & acuminibus.

3tio. Unum subinde exem-  
plum varijs figuris deducitur;  
v. g. quod ne speciosius à me, quam  
veri-

verius dictum puteis, placet in te-  
stimonij provinciam adducere ipsum  
gentium Apostolum, vas electionis  
Paulum; Dicite, quis unquam mor-  
taliū, majoribus jaētatus calami-  
tatibus? gravioribus oppressus curis?  
pluribus circumventus periculis? Et.  
Contra unū orcus cum Idololatria, im-  
pietas cū invidia, suspicio cū ignoran-  
tia, audacia cū Zelo, sed non secundū  
sapientiam concurrerunt. Orcus oc-  
cultis machinationibus, ut incautum  
verteret. Idololatria apertis insidijs,  
ut vitam eriperet. impietas insanis  
furoribus, ut constantiam elideret.  
invidia falsis criminationibus, ut in-  
dium induceret. Suspicio iniquis  
mendacijs, ut famam violaret. Igno-  
rantia facilitate credendi, ut conce-  
tam doctrinae caelestis opinionem ex-  
tin-

Regi ryomtatványok, Matice Slov. Martini:  
/316.ig.j/

tingveret. Audacia catastis & vinculis, ut libertatem tolleret. Zelus specie pietatis, ut fidem auctoritatemq; abrogaret. Quoties dum vitia caperet, retulit verbera? dum errores convelleret, excepit calumnias? dum miseret beneficia, messuit maledicta? &c. Quoties citatus ad praetoria? raptatus ad tribunalia? confixus sententijs? coniectus in carceres? arctatus in vincula? instar parricide captus? &c. Quoties ab amicis desertus? à familiaribus proditus? ab amiculis circumventus? ab infimâ facie hominum derisus ut stultus? quoties cum inedia & siti luctatus? jactatus in pelago? latronum petitus insidijs? &c. Liparam mihi imaginor Paulum fabrilibus officinam famosam, circumquam semper verbera, semper sonor malleo

malleorum ictus audiuntur. Sed non movebitur ijs invictus herois animus, ibat inter tempestates intrepidus, inter injurias lætus, & rerum tam tristium acerbitatem, in uberes solationum scaturigines convertit. Audite ipsum, ita suas prodentem letitias: superabundo gaudio in omni tribulatione mea. Adeo verum est nunquam à calamitatibus abesse letitiam si in virum fortem inciderrint.

4to. Per Hypotyposim unum exemplum fufius representatur. v. g. fingite vos oculis intueri Jobum aliquem, ejectum fortunis, orbaturum liberis, immersum doloribus, desertum ab amicis, expositum in fimo, tanquam in arena, in qua cum adversitate luctaretur: fingite vos spe-





figuræ, imò transitiones, quæ testimonio conveniunt, etiam posse inservire exemplo.

*Nota 2do.* duplex esse Exemplum scilicet factum & Fictum, & quamvis, quæ dicta sunt proprie intelligi debeant, de facto, nihilominus tamen extendi posse ad Fictum, si materia patiatur: ubi adverte figuras graviores, quales sunt Apostrophe, Sustainatio, Communicatio, Prosopopæja, &c. non bene convenire fictis, ob tenuitatē materiæ, nomine autem ficti Exempli intelliguntur fabulæ Poëtarum, Apologi, parabolæ.

*Nota 3tio.* aliquando per Exemplum posse illustrari contrarium thematis; v. g. probas in christi societate cum hominibus bonis esse

esse utilem, poteris in huius confirmationem adducere exempla eorum, qui hanc neglectâ sceleratis familiariter usi sunt, & inde in magnas calamitates delapsi. Item posse aliquando utrumque oppositorum in eadem Chria per Exempla probari, sic citatam propositionem confirmare poteris per exempla eorum, quibus per societatem cum bonis magna felicitas obtigit, & eorum, qui, cum pravis adhæsisent, miserè perierunt.

*Caput Octavum.*

**De Testimonio.**

**I**N hac Chria parte adducitur authoritas illustrium virorum suâ sententiâ id, quod in expositione est propositum, con-

D 2

fir-

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

firmantium. Nomine autem testimonij non veniunt solum sententiae, & apophthegmata, sed etiam Symbola, Hieroglyphica, ritus, Consuetudines gentium, leges, proverbia &c. In praesenti materia testimonij loco adducere poteris illa verba Catonis, apud Lucanum milites suos ad difficile iter adhortantis:

--- *Serpens, sitis, ardor, arenae,  
Dulcia virtuti: gaudet patientia duris.  
Latius est, quoties magno sibi constat honesta.*  
Nota primo, modum deducendi Testimonium, esse eundem, qui est expositionis, quod si obscurior sit sententia, vel capax sit amplificationis, poterit ea fusius explicari adjunctis exclamationibus in laudem sententiae, vel Authoris

thoris v. g. *o Dignam Catone sententiam! sentiebat nimirum vir, & virtute & sapientia praestantissimus ipsas rerum arduarum difficultates, quibus ignavi terrentur, animi esse delicias, nutrimentum gloriae, &c. Et quanto quid durius acciderit, tanto majorem viro forti letitiam oboriri.*

Nota secundo posse ad ejusdem rei Confirmationem plura Testimonia adduci: Et tum in ijs proponendis easdem servire figuras, quae adhibentur in partium enumeratione de quibus dictum in Simili & Exemplo.

Quaeres quomodo haec pars cum priore connectatur?  
*Resp. Primo. Simpliciter per verba similia. v. g. Cui rei etiam adspulatur, suffragatur, favet, consentit*

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

sentit &c. Romanorum sapientissimus Cato, dum (si qua poeta Lucano fides est) milites suos ad iter arduum his verbis exstimulat. Serpens, fitis, ardor, arena, &c. vel per hæc æquipollentia v.g. nec ab hac opinione recedit, aberrat, ablu dit, &c.

Secundò figuratè v.g. per Apostrophem. Te nunc appello humane sapientie, virtutisque miraculum Cato. An non idem approbâsti, qui milites tuos sic, &c.

Vel per Prosopopæjam, v.g. Quod si necdum dictis fidem habetis, audite ipsum Catonem suffragio suo in nostram sententiam abeuntem, &c. Vel, Quod si revivisceret Cato suâ id confirmaret sententiâ illudque nobis ingeminaret, quod suis olim militibus, &c. Vel per ironiam, Quæ si falsa

falsa sunt, erravit Cato, qui &c. erravit Cicero, qui &c.

Caput Nonum.

De Epilogo.

**E**pilogus est brevis conclusio totius Chriæ, in eo duo præstanda: primò fit brevis repetitio dictorum. Secundò adhortatio ad virtutem, quam svasimus amplectendam, vel ad vitium, quod disvasimus fugiendum.

In repetitione non est necesse omnes partes repetere, sed eas quæ magis sunt efficaces, ut sunt Causa, Contrarium, Exemplum Testimonium. quod potest fieri dupliciter.

Primò repetendo dicta in genere v.g. quare si ratio svasdet, si docet Exemplorum auctoritas, si com-

D 4

munis

Regi nyomatavényok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

munis sapientium opinio confirmat. Calamitates non tam esse mœroris, quam lætitiæ Causas. Quid est? quod eas tantopere horreamus? &c.

Secundò repetendo dicta in particulari, v.g. itaque cum adversitas virtutum, & honestatis mater pulcherrima sit, cum nuci similis sub rigido cortice, suavem occultet nucleum, cum in ea viri fortes plus exultaverint, quam in rer aularum delicias Sardanapali, &c. quis amplius dubitare possit, verissimam esse Senecæ sententiam: nihil esse tam acerbum, &c.

Nota tamen debere dicta repeti alijs verbis, & figuris, quam superius prolata sunt,

Adhortatio fieri potest directè, vel indirectè. Directè fit, cum clarè adhortamur præsentem

tes ad amplectendam virtutem propositam, v.g. Agite ergo &c. Et si quando sinister incumbit casus, si numinis voluntate repentina incurrat calamitas, exercete mentis vestræ robur, & constanti tolerantia eos, quos adversa pariunt, honestissimæ lætitiæ fructus decerpite. &c.

Fit etiam nonnunquam directæ adhortatio per modum invektivæ in eos, qui contrarium faciunt v.g. Quæ cum ita sint, quid est imbelles animi, quod adversitatem ita exhorreatis? Cur ad omnem fortunæ impetum consternamini? Cur actum de animi tranquillitate, lætitiæque proclamatis, si turbo sinister felicitatem obnubilet? &c. pudeat vos ignaviæ timiditatisque vestræ. Abjicite inanes metus. Opponite constan-

D 5

tem

Regi ny'omta tvényok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

tem adversis animum, & propriam discetis experiendam, nihil esse tam acerbum. &c.

Indirectè autem fit quando non tam hortamur Auditores ad amplectendam virtutem, aut fugiendum vitium, quàm laudamus, quòd eam jam amplexi sint, aut vitium fugerint v.g. quare vestra gratulor felicitati Auditores, quibus & natura generosam indolem, & virtus inconcussam inter adversa constantiam concessit. Video vos eadem vultus serenitate, quàm prosperos, tristes rerum eventus excipere; video vos, si mœror, si calamitas, si injuria &c. incurrat; nullum turbati animi vestigium exhibere: stare inter fortunarum ruinas erectos, immotos inter procellas invidia &c. Felices.

ces omnino, & omnium mortalium generi ad imitationem proponendi! Habent, quod in vobis æmulentur imbecilles animi, in metum abjecti discant ad vestrae prototypum constantiae suarum virium robur exerere. Discant vestro eruditi Exemplo nihil esse tam acerbum. &c.

Nota non semper esse necessarium, ut in Epilogo utraque pars scilicet repetitio, & adhortatio simul adhibeatur, sed aliquando sufficere, vel solam repetitionem, vel solam adhortationem. Quæres quomodo hæc pars cum priore connectatur.

Resp. Primò simpliciter per sequentes particulas. Itaque, quare, quamobrem, quapropter, quocirca, idcirco, proinde &c. Item

D6

his

Regi nyomta tványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.j/

112

his formulis: Sed jam dicendi finem facio. Ad metam decurrit oratio. Quæ cum ita se habeant. Exc quibus omnibus illud nunc conficio. Vel Exc quibus vos illud nunc concluditis. Vel Cōtrahamus tandem orationis vela. &c.

Secundò per figuras v. g. per Interrogationem. Quis ergo amplius dubitet? Vel Et dubitabitis adhuc? Secundò per Apostrophen; Ad vos nunc mea se convertit oratio Auditores: Desideratis similia ex rebus adversis solatia persentiscere, illas constanti animo excipite. vel per optationem. Utinam hæc intelligerent ij, qui minimâ pressâ calamitate, sic animo concidunt, ut omne mæroris remedium excludant. Vel per Ironicâ Conclusionē. Ite nunc imbelles animæ dolori vestro succumbite,

bite, animum adversitatibus inferiorem ostendite, lugete sine solatio, &c. Dum interim generosa pectora, cum adversis decertare gaudeant, & ex forti eorundem tolerantia pulcherrimam animi voluptatem delibent.

Lector benevole, ut proniorem in tua commoda animum adverteres; subjungimus pro majore styli & elocutionis ornatu figuras, quarum in Rhetorica non adeo obvia est notitia, & quæ uti ad exprimendos internos nostros animi motus omnes, tam apprehensivæ, quàm appetitivæ facultatis vel maximè sunt idoneæ, ita eosdem in alijs imprimendi vim habent quàm efficacissimam.

Sit ergo ex Emmanuele The-

D7

sauro

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.v/

sauro inscriptio illa: *Brevi hac in urna conduntur cineres magni Alexandri.* Quæ purè historica & plana, miram gratiam, & vitales spiritus ex figurarum variarum calore participabit. v. g. varietur primo per figuras pertinentes ad facultatem apprehensivam, seu intellectualem; sub qua primo est

Cognitio. *Nunc scio, quàm Magnus fuerit Alexander: ex urna metior.*

Ignoratio. *Magnus fuerit Alexander, nescio: sanè pusilla est urna.*

Ostensio. *En aspice Viator, quantulus sit ille Magnus.*

Narratio. *Magna narro, Viator, Exciguus hic cinis, Magnus est Alexander, sat mihi debes; abi.*

Dida-

Didaschia. *Discite superbi: brevis hac urna docet, quàm parva sint maxima.*

Affirmatio. *Credite Principes. Nihil sunt magna, cum Magnus ille nihil sit.*

Negatio. *Nego Magnum fuisse Alexandrum: vix urnam aequat.*

Ironia. *Magnus ille, scilicet, Jovis filius spaciatur in urceo.*

Apostrophe. *Alexander hic jacet: satis dixi.*

Præteritio. *Non dico mendacem fuisse Alexandri magnitudinem: urnam vide.*

Juramentum. *Juro per istos Alexandri cineres: nihil est magnum.*

Testatio. *Alexandri magnitudinem mentita est fama: testem do cinerem.*

Anim-

Regi nyonta tványok, Matice Slov. Martin:  
/316.ig.1/

Animadversio. *Cui nullus sufficit locus, loculus sufficit.*

Parenthesis. *Hic est (si tamen est) Magnus Alexander.*

Correctio. *Hic est Alexander. Fallor: hic non est Alexander. Imò nunc est, quod verè fuerat.*

Repetitio. *Huc devenit ille magnus: huc inquam devenit.*

Admiratio. *Miraculum: tam parvus pulvis Orbem totum evertit.*

Exclamatio. *O vanitas! Tantulus est ille Magnus.*

Exaggeratio. *Quis credat? Parva hæc urna Alexandria est; unico cive plena.*

Extenuatio. *Hui; Alexander in urna? lutum in luto.*

Memoratio. *Tenuitatis vestræ memores este Magni Principes, hic pulvis memoriam juvat.* Præ-

Præfagitio. *Vaticinor ex hoc cinere: cras nihil eritis magni Reges.*

Dubitatio. *Dubito, parvis ne, an Magnus fuerit Alexander. Parvum gesta negant: magnum cinis.*

Inquisitio. *Magnum lego Alexandrum: pusillum invenio cinerem: Alexandrum quero in Alexandro.*

Interrogatio. *Quò parva devenient: si magna solvuntur in nihilum?*

Responsio. *Ecquis in urna? parvus. Quis parvus? Magnus. Quis magnus? nihil. Si magnus, cur nihil? Hæc mortis Dialectica.*

Interpretatio. *Magnus Alexander hic jacet, hoc est; omnes Magni jacebitis.*

Occupatio. *Magnum fuisse Macedonem putas? falleris: Pyxidulam hanc nihil intrat magnum.*

Fictio.

Regi nyomtatványok, Matrica Slov. Martini:  
/316.ig.j/



**Fictio.** *Finge Orbem universum circumspectare istos cineres: dicet se de nihilo trepidasse.*

**Imaginatio.** *Quale ostentum? frigidus ebullit Magni cinis. Redivivus Heroum Phoenix genialem excutit rogam; aciemque in urna restituit, in debellatos Persas rebellaturus. Ab vanâ ludor imagine! Vermes cinerem movent.*

**Expressio.** *Tam leve pondus est Macedo: ut navulo Charontem fraudare posse videatur.*

**Protopopæja.** *Audi Viator, quid mortuus loquatur ex ossuario: Ille ego sum Alexander; quem Magnum effecit fama; minorem facta; nullum Fata.*

**Apostrophe.** *Dicite Alexandri cineres; ubi Alexander?*

Ratio-

**Ratiocinatio.** *Chasma fuit Alexander. Quare? quia fluxit dum fulsit. Hoc extincto cur nomen superest? quia nomen ut acquireret, sese perdidit.*

**Conclusiuncula.** *Hic cinis est Alexandri; ergo cætera fumus.*

**Epiphonema.** *Ite jam Magni Heroës, ac Magnitudine allaborate; Heroum maximus vix cotylam implet.*

**Compendium.** *Hac in urna clauduntur Gloria, Terror, Victoria, Fortuna, Fama, Brevi verbo; Alexander hic clauditur.*

*Quæ sequuntur, ad facultatem appetitivam pertinent.*

**Perplexitas.** *Ambigo flerene, an ridere debeam? Alexandri calamitas fletum, vanitas risum provocat.*

Appro-

Regi nympha tvánýck, Matice Slov. Martini:  
/316.ig.1/

Approbatio. Bene est: mortis consilium placet; Ferarum maxiam, parva in cavea conclusit.

Imperium. Jubeo te istic quiescere dire Macedo. Sola urna ingentes spiritus domat.

Admonitio. Quàm citò magna fluant te monet hæc Clepsidra; ubi Urna Pyxis est; Alexander pulvis.

Obsequium. Cedite Fatis Mortales. Fata si vinci possent, hic non jaceret,

Blanditiæ. Nunc amo te Magne Macedo, sepositâ magnitudine blandior. Coluntur magna, non amantur.

Salutatio. Salvete Magni Alexandri parvi cineres.

Apprecatio. Benè precare Alexandro Viator; nî hic quiescat, nemo quiescet.

Vene-

Veneratio. Submite fasces Parvo huic sarcophago quicumque regnas. Magnus hic est Alexander.

Abominatio. Apage te ad Umbras infelicæ Umbra. Tartarum everte post Terras.

Objurgatio. Grassator Imperij, Patriæ proditor, pestis hominum, Numinum pudor, Naturæ noxa: nunc cognatorum verminum emporium, nemini nocet, nisi uni tibi.

Irrisio. Diogenem in dolio risit Alexander: ridendus in urceo.

Execratio. Sit tibi terra gravis, qui tam gravis terræ fuisti.

Optatio. Utinam quàm magnus es, semper fuisses!

Vocatio. Adeste Cives Gemina jam miracula ostentat Babylon, Urbem in turri; Alexandrum in Urna

Vo.

Regi nyomta tványok, Matica Slov. Martini:  
/316.ig.j/

Votum. *Quieti Publicæ ingen-  
tem hanc Victimam voueo, publicis  
spolijs saginatam.*

Obsecratio. *Obsecro te Viator;  
exiguam mihi pulverem insperge.  
Terrarum Orbe devicto, Terrâ indi-  
geo.*

Commendatio. *Commendo tibi  
pusillum hunc cinerem, anguste lapis.  
Ex orbe triumphato hoc demum est  
meum.*

Concessio. *Do, quod poscis ava-  
ra Tellus. Spoliatoris tui spoliū ca-  
pe: posside qui te possedit.*

Gratiarum actio. *Pares tibi gra-  
tias rependo, Natura parens: Pul-  
verem locasti; restituo pulverem: no-  
ménque igneum pro auctione.*

Reccutatio. *Tolle sepulchralium  
invidiam fornicum: nolo contigua  
fulmi-*

*fulminibus mausolea: respuo illitera-  
ta Mempheos litterata fastigia. Non  
jam ille sum Magnus.*

Exultatio. *Hic putrescit Ale-  
xander. Gaudete Græci, Syri, Per-  
sæ. Tineolæ vos ulciscuntur.*

Jaçantia. *Ille ego Terrarum ter-  
ror: Orientis occasus: Orbator Or-  
bis: tot palmas adeptus, vix palmam  
impleo.*

Gratulatio. *Gratulor Tibi Ma-  
gne Alexander. Terram tandem, quæ  
te caperet, occupasti. Orbem possides,  
quem nemo inuideat.*

Plausus. *Plaudite populi: Magna  
peracta est Fabula: Alexander per-  
sonam exuit, ex Semi-deo cinis.*

Ejulatio. *Heu rerum vices pri-  
die Magnus, postridie nullus!*

Improperatio. *Ingrata mors!  
siccine*

Regi nyomta tványok, Matica Slov. Martin:  
/316.ig.1/

*Siccine occidis, cui tantum debes?  
Foenus amittis, dum sortem rapis.  
Quot hic perimeret, nisi periret?*

*Pœnitentia. Pœnitet tam Magni  
nominis: quod parvo cineri nequeat  
inscribi citra mendacium.*

*Spes. Sperate populi: nullum  
magnum malum perennat. Alexan-  
der in cinerario jacet.*

*Desperatio. Actum de vobis,  
Magni Principes: etiam Alexander  
evanuit.*

*Timor. Timete Superi: Magnum  
quoque Jovis Filium mors protrivit.*

*Verecundia. Ab nimium mei me  
pudet tam arctè jacentis: Terrarum  
Victori Urna debebatur Oceanus.*

*Audacia. Pone metum, Viator.  
Alexandro impunè illudas, licet:  
Huic nullo jam periculo Callisthenes  
mortalitatem obtruderet. Im-*

*Impudentia. Nimis impuden-  
ter, Viator, ibi stas, ubi Magnus  
jacet.*

*Excandescencia. Ardet animis  
irâ, vesana mors. Alexandrum pe-  
rimis, nomini parcis? Hoc est fata  
dividere.*

*Minæ. Vx vobis, Magni Prin-  
cipes. Parvus hic cinis Magnis mi-  
natur.*

*Insultatio, seu Nemesis. Habes  
quod mereris, qui Jovis te Filium  
mentiebare. Incesti Olympiam ab-  
solvit hic cinis; Philippo te asserit,  
non Jovi.*

*Miseratio. Tui me miseret, Ma-  
gne Macedo, post Regiam Pori; post  
Persicum Solium tam incommodè ja-  
centis.*

*Confessio. Fateor falsam me mi-  
hi ma-*

Reči vyomta tványok, Matice Slov. Martin:  
/316.ig.1/

bi magnitudinem arrogasse. Auribus  
imposui, non oculis.

Deprecatio. *Parcite Persarum  
manes: sat pœnarum pendit hic præ-  
do: Terrâ eget, quam rapuit.*

Dedimus exemplum ipsius  
Authoris, ad cuius imitationem  
licebit deductum in Chria dictû:  
Nulla adversitas tanta est, ex qua  
magnus animus solatium capere  
non possit deducere v. g. per co-  
gnitionem. *Nunc mihi indubita-  
tum est, calamitatibus animum gene-  
rosum non frangi &c.*

Per ignorationem. *Ignoro ma-  
lum in calamitatibus esse, quæ ad  
summum gloria culmen animosum  
pectus evehunt. Et sic per  
reliquas.*

**F I N I S.**



*Errata sic corrige.*

- χρῶμα* Fol. 3. Lin. 7.
- Combinatur lege Commemoratur fol. 4. l. 6.
- Membratice l. membratim f. 10. l. 6.
- Reperire l. reperiri f. 12. l. 6.
- Posteritatis emolumenta l. posteritati mo-  
numenta f. 12. l. 14.
- Ratio l. Oratio f. 15. l. 14.
- Viles adde tanquam viles f. 17. l. 19.
- Quantum l. quantam f. 19. l. 3.
- Illo, adde Cedris f. 19. l. 5.
- Magis l. magnis f. 22. l. 16.
- Facto, adde elicitum f. 26. l. 3.
- Sensum l. sententiam f. 26. l. 12.
- In fame l. infame f. 57. l. penul.
- Torquente l. Torquenti f. 65. l. 10.
- Hilaliter l. hilariter f. 65. l. 12.
- Authoritatēque adde dicenti f. 70. l. 2.
- Caperet l. carperet f. 70. l. 4.

*non l. Malum fol. 98.*



Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martini:  
/316.ig.1/